Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

transitum episcopi de altari in
dextram partem significare xpi
transitum de passione ad eternam
uitam. ac ideo in loco hoc dicitur
gloria in excelsis deo. de cantan
dum. quoniam gloria ineffabilis
in excelsis facta est. quando xpe
transitu ex suo. animas secum copu
lauit consortio angelorum.

De prima oratione

Quando dicitur missę.
Pax uobiscum. siue do
minus uobiscum quod est
salutatio. ad populum sumus
uersi. Quos salutamus et faciem
presentamus. et cepto uno quod
est in preparatione ymni. ante
te igitur. ibi iam occupati sumus
circa altare ita ut congruenter
uno modo nos uersos esse. quam
retro aspicere. ad insinuandam
intentionem deuotissimam quam
habemus in offerendo sacrificio.
nec debet arator dignum opus
exercens. uultum in sua terga
referre. Cum adorationem stantes
adorientem conuertimur. un
de cęlum surgit. non tanquam
ibi sit. deus quasi cęteras partes
mundi deseruerit. qui ubique
est presens. non locorum spatiis
sed maiestatis potentia. sed ut
moneatur animus ad naturam
excellentiorem se conuertere
id est ad deum. cum ipsum cor
pus eius quod terrenum est ad
corpus ex excellentius id est ad cor
pus cęlestem conuertitur. Ideo
dicitur in cęlis deus habitare qua
maior cognitio est in celis uti
summe maiestatis et essentie
in angelis et in animabus sanc
tis. quam interia habitantibus seis
propter grauitudinem car
nalis habitationis. quę iux per
mittit animam ad purum
ueritatis lumen uolare.

De sessione episc.

Episcopus disposito cursu
suo per continentia loca
id est presbyteros in sua ordine
diaconos in suo. subdiaconos in
suo. cęterosque gradus in suis. nec
non et auditores unum quemque
in suis. ascendit ad sedem et sedet.
Sedent cum eo quibus pro mi
sit. cum uenerit filius hominis
in sede maiestatis sedebitis et uos
super sedes. xii. iudicantes. xii.
tribus israel. De quibus paulus
apostolus dicit ad ephesios.
et conresuscitauit et consedere